Universitätsbibliothek Paderborn

Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklēsiastikē Istoria

Socrates <Scholasticus>

Mogvntiae, 1677

XVII. Quomodo Imperator dum Antiochiae versaretur, homousianos persecutus fuerit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14233

Visual Library

A

Caput XVII.

Quomodo Imperator dum Antiochiæ verſaretur, homouſianos perſecutus fuerit.

VErum Imperator Valens mala quæ ex fame oriebantur parvi pendens, Antiochiam pervenit. Ibi dum moratur, eos qui Arianam opinionem averſabantur, hoſtiliter vexavit. Nam cum homouſianos per univerſas fere Orientis Provincias Eccleſiis expuliſſet, eâ re minime contentus, variis inſuper ſuppliciis eos affecit: multóque tunc plures quàm antea è medio ſuſtulit, tum aliis mortis generibus, tum præcipue in fluvio eos necando.

Κεφ. ιζ.

Ὡς ὁ βασιλεὺς ἐν ἀντιοχείᾳ γενόμενος, πάλιν τοὺς τὸ ὁμοούσιον φρονοῦντας ἐδίωκε.

Οὐάλης δὲ ὁ βασιλεὺς, μικρὰ τῶν ἐκ τοῦ λιμοῦ γινομένων φροντίσας, ἐπὶ τὴν συρίας ἀντιόχειαν παραγίνεται· διατρίβων τε κατ' αὐτὴν, ἐπόρθει τοὺς μὴ ἀρειανίζοντας. πλέον γὰρ ἐξελάσας τοὺς τὸ ὁμοούσιον φρονοῦντας τῶν ἐκκλησιῶν σχεδὸν τῶν ἀνατολικῶν πόλεων, οὐκ ἤρκεῖτο τούτῳ, ἀλλὰ καὶ διαφόροις κολαστηρίοις ὑπέβαλλεν· ἀπώλλυε δὲ πολλῷ πλείους τῶν πρότερον, διαφόροις μὲν θανάτοις παραδιδοὺς, ἐξαιρέτως δὲ τῷ ποταμῷ.

B

Cap. XVIII.

De his quæ Edeſſæ facta ſunt, deque Præfecti contumelia: & de civium fide & conſtantia, & de pia quadam muliere.

SEd ea quæ Edeſſæ in Meſopotamia facta ſunt, nefas arbitror ſilentio præterire. In ea urbe illuſtris ac ſplendida eſt Baſilica Thomæ Apoſtoli, in qua propter loci ſanctitatem collectæ ſine intermiſſione celebrantur. Hanc Imperator videre cupiens, cum ſciret univerſam convenientium multitudinem hæreſin ſuam deteſtari, ipſe manu ſua Præfectum percuſſiſſe fertur, quòd illos inde etiam expellendos non curaſſet. Præfectus autem contumeliâ affectus, cum Imperatoris iræ licet invitus obſequi pararet, nec tamen tantam hominum multitudinem interficere vellet, clam illos monuit, ne quis in Baſilica remaneret; Sed nemo conſilio ejus aut minis animum intendit. Poſtero enim die univerſi ad Baſilicam confluxére. Cumque Præfectus cum ingenti militum numero ad Baſilicam properaret, quo Imperatoris bilem expleret; paupercula quædam mulier parvulum filium manu trahens, contendit ad Eccleſiam, agmenque eorum qui Præfectum ſtipabant, perrumpit. Quod moleſte ferens Præfectus, mulierem ad ſe adduci jubet, eamque compellat his verbis. O infelix muliercula, quo tam audacter & inverecunde properas? Tum illa: quò, inquit, etiam alii properant. At Præfectus: non audiſti, inquit, cunctos qui illic reperti fuerint,

Κεφ. ιη.

Περὶ τῶν ἐν ἐδέσσῃ γενομένων τοῦ τε τοῦ ὑπάρχου ὕβρεως, καὶ τῆς τῶν πολιτῶν πίστεως καὶ παρρησίας, καὶ τῆς θεοφιλοῦς γυναικός.

Λεκτέον δὲ οἷα καὶ ἐν ἐδέσσῃ τῆς μεσοποταμίας ἐγένετο. ἐν δὲ τῇδε τῇ πόλει θωμᾶ τοῦ ἀποστόλου μαρτύριόν ἐστι λαμπρὸν καὶ περικαλλὲς, συνεχεῖς τε ἐν αὐτῷ συνάξεις ἐπιτελοῦνται, διὰ τὴν τοῦ τόπου ἁγιότητα. τοῦτο ἱστορῆσαι ὁ βασιλεὺς οὐάλης θελήσας, καὶ μαθὼν τῆς αὐτοῦ ἀπεχθεῖς αἱρέσεως εἶναι τῶν συνερχομένων τὸ πλῆθος, λέγεται τῇ χειρὶ πλῆξαι τὸν ὕπαρχον, ὅτι μὴ προὐνόησεν ἐξελάσαι κἀκεῖθεν αὐτούς. ὡς δὲ ὁ ὕπαρχος περιυβρισθεὶς ἕτοιμος ἦν ἄκων ὑπουργεῖν τῇ βασιλέως ὀργῇ· οὐ γὰρ ἐβούλετο τοσούτων ἀνδρῶν φόνον ἐργάζεσθαι, λαθραίως δηλοῖ, ὅπως ἂν μηδεὶς ἐν τῷ μαρτυρίῳ καταληφθῇ· ἀλλὰ προσεῖχεν οὐδεὶς, οὐδὲ τῇ συμβουλῇ, οὐδὲ τῇ ἀπειλῇ· πάντες γὰρ τῇ ἑξῆς εἰς τὸν εὐκτήριον τόπον συνέρρεον. ὡς δὲ ὁ ὕπαρχος σὺν χειρὶ πολλῶν στρατιωτῶν ἐπὶ τὸ μαρτύριον ἔσπευδεν, ἐκπληρώσων τὴν τοῦ βασιλέως ὀργὴν, γυνὴ πενιχρὰ τὸ ἑαυτῆς παιδίον ἐκ χειρὸς ἕλκουσα, ἐπὶ τὸ μαρτύριον ἔτρεχε, καὶ διακόπτει τὸ τάγμα τῶν δορυφορούντων τὸν ὕπαρχον. ἀγανακτήσας δὲ ὁ ὕπαρχος, προσαχθῆναι αὐτῷ τὴν γυναῖκα κελεύει· καὶ φησὶ πρὸς αὐτὴν, ὦ ταλαίπωρον γύναιον, ποῖ τρέχεις οὕτως ἀκόσμως; ἡ δὲ, ἔνθα, φησὶ, καὶ οἱ ἄλλοι συντρέχουσι. ὁ δὲ, οὐκ ἀκήκοας, ἔφη, ὅτι ὁ ὕπαρχος μέλλει πάντας ἀναιρ

C

D

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN